Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



183

Denarij numerus ad legem pertinet. ppter decalogum. Vocat autem
patrfamilias decem seruos. quia elegit discipulos pluteram legis im
peritos. Dat illis decem minas. quia legis dicta spiritaliter intelle
genda reuelat. Post passionem quippe resurrectionemq; suam XI.
aperuit illis sensum. ut intellegerent scripturas. Oluna nanq;
quam greci minain uocant centum dragmis appendit. et omnis
scripturę sermo. quia uere celestis perfectionem suggerit. quasi
numeri centenarii pondere fulgescit. Et ait ad illos. Nego
ciamini dum uenio. Verba inquit legis ac prophetarum mystica
interpretatione discussa populis offerre. atq; ab eis fidei confessio
nem moriumq; pbitatem recipere. iuxta quod psalmista suis au
ditoribus precepit dicens. Sumite psalmum et date tympa
num. hoc est laudem predicationis intentione percipite. et deuo
tionem operis in carnis castigatione redubete. Tympanum
quippe pellis est in ligno extentum. pellis videlicet in ligno extenta.
caro est nostra ad exemplum dominicę crucis afflicta. Ciues autem eius oderant XII.
illum. et misertem legationem per illum dicentes. Nolumus hunc reg
nare super nos. Ciues impios iudeos dicit. de quibus alibi
protestatur. Nunc autem et iudeum et oderunt me et patrem meum.
Qui in presentem usq; ad mortem crucis oderant. si; etiam post resur
rectionem eum miserunt persecutionem apostolis et predicationem
regni celestis spreuerunt. Et fructum est ut rediret accepto
regno. Significat tempus quando in manifestissima et em
nentissima claritate uenturus. quem eis humilis apparuit
cum diceret. regnum meum non est de hoc mundo. Et iussit Vo autem